



Aus Grünberg's Druckerei

etf. 59. 2.

15.  
330

RECTOR  
ACADEMIAE LIPSIENSIS  
NATALITIA  
CHRISTI SACRA  
IN TEMPLO ACADEMICO  
PIE CONCELEBRANDA  
INDICIT.

---

*Spec. II. prouidentiae diuinae ex Iobi cum amicis colloquio  
a C. VI. ad XXIV.*

Я О Т О Я  
Р И З И С Т Е С Т В О Д А  
А И С К А Н И  
К Я З А І Т С Й И Н  
С К А С Т Е К О Р С К И Й  
А С К А І Т С Й И С К О В



Quicunque Christum norunt, ipsum Dei filium humana carne induitum, grauissimas huius vitae calamitates, hominum peccatorum causa sponte in se suscepisse, easque intemera-  
ta virtute patienter sustinuisse credunt: Illi profecto non ita facile, ut olim amici Iobi offendentur, si quando vel integerri-  
mos verae fidei et pietatis cultores in summa viderint miseria lugentes,  
omnique non humano tantum auxilio, sed diuino etiam solatio fere  
penitus subinde destitutos, suam abiecta animo sortem dolere ipsamque  
adeo mortem sibi expetere. Neque dignum ego quidem christiano  
nomine haberem eum, qui fas esse iustumque putaret, ob tristes eius-  
modi piorum lamentationes, siue virtutis eorum integratatem, siue vim  
religionis et efficaciam, siue ipsam denique prouidentiae diuinae iusti-  
tiam in dubium vocare. Abhorret hoc ab omnibus tam prudentiae,  
quam pietatis regulis, ipsisque amoris et amicitiae legibus repugnat; id-  
que merito suis Iobus amicis Cap. VI. \*) exprobrat. Haud enim sine

A 2

ratione

\*) Annott. ad. c. VI. v. 2. Cel. Michael. pro verbo substant. accipit:  
wenn ich in die andre Wagschale gelegt würde, Houbig. pro iniquitate,  
quam vero nec ἡτοί significat, sed calamitatem, nec eam hoc dum repre-  
henderunt amici, sed aegritudinem potius Iobi, eamque vna cum graui-  
tate malorum iusta bilance librari cupit; quare ἡτοί v. 3. ad utrumque  
referendum puto. v. 3. Non opus est pro ψι legere ψι ex Ar ψι exe-  
crai, vt vult Houbig, ideoque vertit; verba mea derestatione plena sunt,  
eandem enim sententiam Schultens. ex Ar. ψι deriuavit, aestuanta sunt  
verba, Michael. ungeduldige Sym. λογοι καταπυροι, Theod. εγκωνοι, Sep.  
Cod. Vatic. φωνα σηματα. v. 4. Sept. legisse videntur בְּשִׁיר ex ρην, oras  
אֲבָזָמָן, et ψηψ pro ψηψ λαλαι, cui vero lectio aequa minus fauent re-  
lique Verbi, ac mutatione vocis עַבְרֵבִי in יְכֹרֶם, quam Houbig. suader,  
siquidem ψηψ bene conuenit cum Verbi Syr. et Ar. perterrit me, et gr.  
LXX. κερεσι ψ. v. 6. Quam monstrum locutionis esse dicit Aut anon.  
Obseruatt, Schultensi versionem vocabulorum בְּשִׁיר salina somno-  
lentiae; eandem tamen sic bene Michael. interpretatur: ist Bernunst im  
Schäume eines Träumenden? qua dictio, vana Eliphali, veluti somnian-  
tis consolatio, spumae instar a Iobo respuitur. v. 7. Dura est Houbig.  
interpretatio, qua ψηψ pro Syr. οξη sumitur, ψηψ ex Arab. dialecto  
pro carne, et ψηψ pro ψηψ auersatur quasi menstruum caro mea. v. 14;  
Explicatio dictio: ψηψ ψηψ illi, qui liqueficit, vel deficit ab amico,  
cui Verbi fauent et Houbig. accedit, non adeo dura mihi videtur, ac illa  
Michael. wessen Freund ein Knecht werden kann. v. 16. Faciliorem omnino  
sensum parit Houbig. lectio קְרֵבָה glacie concreti, sed hanc ipsam ob-  
causum non probabilis est eius cum בְּשִׁירָה permutatio, quae etiam Codd.  
et Verbi autoritate destituitur. Sept. autem siue verba legerunt vitiose  
scripta

ratione se ait v. 2. miserabiles eiusmodi querelas tanta cum mentis aegritudine פָּגַד, effundere; ideoque prudentia omnino iubet, iustas earum et urgentes ponderare causas, si quem virum probum videamus grauitati dolorum succumbere. Eorum enim haud raro adeo ingens vis est et insuperabilis, quae animum incusso penetrat terrore, quae gemitus extorquet et verba dolentia v. 3. 4., ut eorum sensum exuere, nec prouidentiae consilia permittant, nec religionis iubeant praecepta, nec naturae quidem leges patientur v. 5. Mirum non est tantam perturbatae mentis aegritudinem humano nullo leuari posse solatio, quanto minus insipidis eiusmodi et vanis terrena felicitatis pollicitationibus, quibus Eliphaz anxium Iobi animum tranquillare volebat v. 6. Fastidit eas v. 7. pia mens adsueta Deo, quando gratiae eius et amoris sensu destituitur, quo nihil habet dulcior, nihil appetit desideratius. Quam ob causam acceleratam mortem iure meritoque a se optari posse, salua fide sua et pietate, tanto facilius sibi Iobus persuadet v. 8-10., quanto certius nihil aliud sibi reliquum esse arbitratur, et exhaustas naturae vires diutius non sufficere sentit, ferendis eiusmodi malorum oneribus v. 11. 12. Numquid vero, quoniam in ipsis nihil ineſt praefidū, ideo spem omnem verae salutis solidam firmamque תְּשִׁלֵּחַ, a piis penitus expulsam esse putemus? v. 13. Turpe est סְפָרֶת et religioni repugnans, tam perfide ab amico suo deficere v. 14., ut torrentis instar aquarum, que

scripta, sive sensum ex recte scriptis cogunt difficilem. v. 17. Michael. פָּגַד vertit impersonal. wenn es warm wird; atque sic non opus est, vel suffixum singul. ad Plur. מְלֹאָה v. 15. refere, vel legere מְלֹאָה aut in Praet. מְלֹאָה vt vult Houbig. v. 20. Pro תְּשִׁלֵּחַ Sep. תְּשִׁלֵּחַ forte legerunt: ev πολεσιν, Houbig. autem hoc mutat in תְּשִׁלֵּחַ transferunt, ex מְלֹאָה, quia negat, suffix foem ad מְלֹאָה posse referri, quod tamen fert vsus linguae. v. 21. Pro נְהָרָה Keri habet נְהָרָה lectionem Codd. Occident., quae forte ex לְ orta est, quod habent Sep. Syr. et Ar. idque faciliorem omnino sensum parit: certe, sic mihi nunc est; quem verum esse haud immerito Michael. suspicatur, atque sic Houb. mutatione textus possimus supersedere. v. 27. Houb. cum Chald. legit מְלֹאָה pro מְלֹאָה, quod Michael. ad sermones amicorum refert: wie ungesund sind eure Reden, Gr. rectius ad Iobi verba ab iis reprehensa: ecce φαντα videantur Sep., ευχθρωθεν molesta habeantur Aqu. κυπην acerba ολλ, quae aegritudinem adferant. v. 20. שְׁמַנְיָה non sunt verba nihil, vt vult Houb. nec desperantis, vt Michael. vertit: Worte eines Verweisselnden gehen in die Lust; quae nimis leuis videtur, et indigna pietate Iobi excusatio. Pertinet enim נְהָרָה in מְלֹאָה per נ copulatum, aequa ac prius illud, ad נְהָרָה: an pro vento habetis querelas desperatis; de quo actum videtur?

quae subito quidem ex liquefacta niue ingenti cum strepitu confluunt, breui autem ardore solis absuntae, iterum exarescent, et postram in iis spem omnem viatorum fallunt v. 15-20., vt pari, inquam, ratione, bona quidem multa doloso verborum apparatu piis polliceamur afflitis, solido autem omni solatio vel deseramus eos, vel adeo priuemus, iniquis pietatis eorum censuris. Hanc merito Iobus reprehendit amicorum perfidiam, qua actum iam esse de eo metuentes v. 21-23., querelarum eius vehementiam, non iniquitatis conuincere et emendare contendebant, sed grauissimis potius in eum opprobriis irruerant v. 24-27.; simul autem modeste rogat, vt paulo mitius secum agant, nec adeo sibi omnia in malam partem rapiant, quae fuerint inique a se dicta et dolorum sensu extorta v. 28-30.

Atque haec omnino aliquam interdum excusationem tanto maiori iure merentur, quanto grauiores sunt saepenumero humanae vitae calamitates, et quae piorum virtutem die nocteque fatigant aerumnæ. Quarum ideo grauitatem vix tolerandam, non amicis tantum, mitigandæ eorum de se sententiae et commouendæ commiserationis causa Cap. VII. \*) 1-6., sed ipsi adeo Deo Iobus repreäsentat, et extre-

mam

\*) Ad C. VII. v. 1. Cod. Regiom. Reg. pro ρωτι habet ρωτ in Sing., quod parum refert. v. 4. Houb. ex varietate Versi fūspicatur, Sep. pro ρωτ-ρωτ legiffe ρωτ-ρωτ cui autem parum fauent reliquæ Versi. v. 5. Voc. ρωτ-ρωτ Versi fere omnes, non pro ρωτ sed ρωτ liquefactus est, accipiunt, id que confirmat Cod. Regiom. Reg., qui habet ρωτ erasum, vt legendum sit ρωτ. v. 6. Houb. pro ρωτ legit ρωτ, velocius verbo transferunt irrevocabili, quis Sep. Cod. Vatic. λαλωτ habet, quod vero Ven. Semlerus Epist. ad Griesbach. de emendand. Gr. V. T. interpret., corruptum esse fūspicatur ex ελατις, quae vox de currentibus equis adhibetur teste Hesych. et Poll., atque sic respondeat τῷ δρόμῳ, quod in Cod. Alex. et in Tetrapl. legitur, nec non in Iunii cutena, in Cod. autem Coislin. τοῖς λοιποῖς tribuitur, eoque sine dubio ad celerantem radium textoris respiciunt, quem Sym. νηπατια verit. v. 12. Houb. pro ρωτ-ρωτ legit ρωτ tempestatem in me excitas, sed sine Codd. et Versi. autoritate. v. 15. Id. pro ρωτ-ρωτ legit ἡρά fugere fecisti, ex significat. Ar., cui fauere videntur Sep. voc. απαλλαξις, ideoque ad alterum comm. membrum ex v. 16. trahit ἡρά, in ἡρά mutatum: depellis ab ossibus mortem. Violenta autem haec sunt et precaria, quibus parum fauet Versi. Alex., quae tantum ρωτ ad Deum refert, et ex solo forte scribarum vicio, οὐ πνευματος positum habet, pro απαλλαξις, cum alias ρωτ επιστηγαν verat. Sic enim Aqu. habet cum reliquis Versi. απαλλαξις αγκονιη η ψυχη με, cui etiam bene responder alterum membrum ex Vers. Sym. και θωρακον δια των οστων με et ηρά με v. 16. ex vers. Michael. aber das verwerfe ich, quare nec opus est hoc pro πνευματος ex ρωτ acci.

mam miseratur vitae, spē omni destitutae miseriam, mortisque breui  
sine dubio imminentis propinquitatē v. 7-10. Facit hoc eo maxime  
consilio, quo suae Deus imbecillitati indulget, quae neque a quere-  
lis, neque a mortis desiderio sibi temperare possit in tanta rerum an-  
gustia, vbi vel laqueo vitam finiendi cupido, inter tot noxēs, insomnes  
saepè, aut tamen insomniis terribiles, animum sollicitaret v. 11-15.  
Quod quidem se detestari ait v. 16, cum vitae et malorum finem sibi  
non esse defuturum norit: Hanc ipsam vero ob causam tanto arden-  
tius orat suppliciter, sive accelerationem mortis v. 17. 18., sive malo-  
rum tamen mitigationem v. 19, peccatorum maxime, quorum ipse se  
reum agit, remissionem; quanto certius breui se esse moriturum arbit-  
ratur v. 20. 21.

Intelligimus ex his, quae sunt in piorum aduersitatibus prouidentiae consilia, quae fidei eorum et virtutis, medias inter humanae carnis imbecillitates, certamina, quibus non minuantur animi dotes illae, sed augentur potius et perficiuntur. Quas qui non intelligunt senioris disciplinae Dei leges, male plerumque piis, vti Bildad Suchites Iob C. VIII. \*) interpretantur, tam quae mala ferunt, quam quae subinde

accipere cum Capello et Aut. An. Observ. v. 20. Houbig. pro ḥבְרֵי legit ḥבְרִים cui praeced. ḥבְרֵה magis responderet, eique fāuent Sep. Syr. et Ar., in quo vero parum inest discriminis, aequē minus ac in eo, quod v. 21. Sep. pro ḥבְרֵי legiſſe videntur ḥבְרֵי ex τῷ εποντα ἡγεμονὶ τῆς ἀρχῆς, quo tamen ipsam voc. καὶ sententiam aequē recte interpretantur, ac Voc. ḥבְרִים per καθηγούσας ἀρχῆς nulla supposita lectionis varietate.

subinde produnt impatientis animi vestigia in aduersis v. 2. quae putant repugnare ordini diuinatus sic constituto, vt nunquam bona praesentis vitae piis defint, mala impiis v. 3. Vnde merito se ait suspicari, Iob non tantum libros iustas luere scelerum suorum poenas, sed ipsum etiam eorum parentem iacundae melioris vitae hoc admoneri exemplo; quod si fecerit, breui existimat insecuram esse pristinae felicitatis restorationem v. 4-7. Atque sic pie quidem satis, non recte autem et caute, omni fere tempore multi omnino ex perpetuo fere priscae aetatis vsu existimarent v. 8-10.. et adhuc censem plerique, impossibile esse, vt durabilis sit in hac vita improborum felicitas, quae *papyri* instar et *caredi*, vt subito excrescit, ita subito marcescit v. 11-13., aut *telae* similis est *araneae*, quae uno saepius i<sup>ch</sup>u flatuque breui disiecta perit v. 14. 15., aut *plantis*, quae, vt longa se propagine cito diffundunt; sic breui euulsa, cito evanescunt v. 16-19. An non autem aequa fragilis est piorum etiam in hac rerum vanitate externa felicitas? Ecquid igitur iustitiae diuinae et benignitati repugnat, etiamsi diuturniore saepius scelerorum fortunae florem esse, iustorum autem aequa repentina interdum exitio deleri pateretur? Vtrumque sapientissimi de causis, vt potest fieri, ita solet frequenter, vt misere pereat insons et incolumis euadat reus. Quare temeraria omnino et fallax spes est, Iobo hic facta v. 20-22., quod nunquam ei, si iustus fuerit, certum Dei in hac vita defuturum sit auxilium externum, quo ex omni tandem miseria eripiatur.

Quis enim, ille merito respondet C. IX. \*), quis unquam adeo iustus sit et labis expers communis, vt nihil in eo, quod reprehenden-

dum vertunt Syr. et Ar., reliquae Verbi *impropriæ*, quoad sententiam cuique propriam, quare non opus est Honb. critica mutatione in ms adhaerescat. v. 18. Neque hic ex Verbi Alex. εὐ κατατη ὁ τόπος ψευσται αὐτοι, sequitur, quod Honb. vult, legendum esse ιδρυμα abiecto et priuativo, et pro Sing. ιδρυμα Plur. ιδρυμα si eradicatorint eum. Commodo enim singulari verbi potest: εὐ κατατη, et tamen ιδρυμα locus eius sublatius ut non amplius existat, ad seq. δι ων referri, absque violenta illa verborum truncatione. v. 19. Nec hic absurdum video, quod videt Honb. in voc. εἰδων gaudium, quod habet Chal. et Vulg., Sep. vero pro tristi eius exitu et conuersione acceperunt, sensu forte ironico: οτι κατασρόγη απέφερεν τοιαύτη; quare absurdum hoc potius aliis videatur, quod legendum esse: ιδρυμα ητο suffossa est via eius, adeo facile suspicatur, critica textum corrigendi temeritas.

\*) Ad C. IX. v. 9. Hic iterum temere Honb. pro δι legit ιδη nubium cacumina, quia de coelis sermo est. Cur non vero de mari etiam? quod aequo

dum sit, aut corrigendum, Deus ipse deprehendat v. 2. 3.? Quis igitur piorum impune ausit resistere Summi Numinis tam sapientiae infallibili, quam potentiae infinitae, quae terrae coelorumque gubernacula libere regit et mirabiliter? v. 4-10. Deserat me, si placuerit praeterire miserum, omni ope destitutum, et auferat quicquid lubet v. 11. 12., quis ei relugetur? Ego profecto, etiam si causam habem

rem

aeque subiectum est Dei imperio. v. 11. Cum ḥ in fine non ad בְּנֵי tan-tum, sed etiam ad praec. מִתְרָא referendum sit, non opus est Houb. mutatione in מִתְרָא cum suff. v. 13. Houb, legit יְהֹוָה qui accingunt fortitudinem, quia veteres putat in יְהֹוָה nullam vidisse sententiam, quare vel alio diuertant, vel deserant scriptiōnē vocis, cuius tamen Versi. fere omnes sive formam exprimunt, vt Chal. Syr. et Ar. sive sensum, vt Vul. et Sym. exceptis tantum Alex., qui quoniam בְּנֵי vt c. 26. 12. מִתְרָא vertunt, vel יְהֹוָה legerunt, vel cum יְהֹוָה permutarunt, quasi animantia intelligenda essent, robore et ferocia veluti armata. v. 14. Etiam si visitat Lat phrasin: miscere verba, adhibuissent Versi., quam vere eorum nulla habet, non tamen ex eo sequeretur, quod vult Houb., מִתְרָא legendū esse pro מִתְרָא, quod Syr. et Ar. vertit: disponere, Chal. eligere, Sep. διακρινειν. v. 16. Dura nimis Versi. et Interpret. sententia mihi viderur, vel ipsa Michael. explicatio: wenn ich rieße und Gott hörte mich auch, so würde ich doch meinen Sinnen nicht trauen, sondern es für einen Betrug der Phantasie ansehen, weil ich gegen ihn gar zu klein und niedrig bin; quo sane prudens nemo facile impeditur, quo minus a Deo se exaudiri credit, si eius rei documenta viderit. Quare sic verto: si in ius Deum vocare vellem, quod נַפְלָה saepe significat, vt responderet mihi, sive rationem suorum redderet consiliorum; tamen non — v. 19. מִתְרָא Versi. omnino non habent; ergo non legerunt? Ita vult Houb. ideoque נַפְלָה legit et יְהֹוָה testimonium dicer, pro יְהֹוָה quis diem mihi dicet? quod certe aptius ad sententiam, quamvis Versi. nulla hoc exprimat. v. 21. Ita nunc longe alia, quam olim ratione, mihi quidem hoc comma vertendum viderur, in quo explicando adeo Versi. et Interp. dissentiant, vt Houb. מִתְרָא pro מִתְרָא legat, idque cum ψαλμος coniungat vt Syr. et Ar. Sic enim plana sunt omnia et apte cohaerent cum v. 22. vbi נַפְלָה מִתְרָא alias multum difficultatis habet, quae sic facilime evanescit. v. 24. Pro מִתְרָא habet נַפְלָה ira eius Syr. et Ar. idque satis est causae Houb. sic temere textum murandi, מִתְרָא נַפְלָה מִתְרָא certe furorem eius quis indicabit? quamvis obstant reliquae Versi. v. 27. Sententiam ad finem usque v. 28. decurrere putat Houbig. ideoque pro lubitu יְהֹוָה pro substantiuo habet, cum verbo sequi, copulando: postquam querimoniam meam hanc omisero; deinde reliqua sic coniungit: gemitis meis nuntium misero, confirmauero vulnus meum, tandem in ultimo verbo ad יְהֹוָה v. 28. retrahit, idque more inusitato sic vertyt: et sorbuerio dolores meos — quo vero precaria sunt omnia et satis dura,

tem iustissimam, me tamen nūquā aduersus eum defendere conarer v. 14. 15. Quod si in ius eum vocare auderem, ut rationem mihi redderet tantorum, quibus me adeo obruit malorum v. 16., numquid mihi obtemperaret? annon potius multiplicaret vulnera? v. 17. 18. Nec igitur *vi*, nec *iure* quidquam aduersus Deum est efficiendum v. 19. et si vel integerrimus essem, ipsa tamen me oris mei condemnaret *in temperantia illa* v. 20., qua, cum pius essem, parum tamen habui vitam meam, vel adeo *fastidii* eam cum *taedio* et *interpretatione* v. 21. Atque sic semel res *vtique* se habet; ideoque merito, cum sine labore iustorum nullus sit *vñquam*, ius summum Deo vindicare docet, innocentem pariter atque improbum malis affligendi grauissimis v. 22., quod fieri aliter non posse, in *communi* saepe gentium et regionum calamitate, et perturbato summorum imperantium statu experientia testatur; ubi etiam *infantes* haud raro in *dīscrimen* venire perinde habet *IV?* v. 23. 24. Quare mihi etiam eandem nūc rerum conuersionem contigisse mirum non est v. 25. 26., nec iuuat, vel dissimilare dolorum sensum, vel causae meae iustitiam frustra tueri v. 27-29., quo semper malorum cumulum augerem potius, quam minuerem v. 30. 31. Non enim cum homine mihi res est, neque causae arbitrum scio alium, praeter ipsum solum; a quo etiam mali nihil arque iniqui meruerem, dum modo aliquam mihi concederet *animi*, extra se positi, tranquillitatem v. 32-35. En quo in Deum animo esse, quam de se humiliter sentire deceat pios, vel in tristissima rerum suarum sorte constitutos.

Ecquis vero piorum tantum habet tamque insuperabile fidei virtutisque in aduersis robur, vt non dolorum grauitate interdum ad vitæ aliquod taedium, aut dubitationem de summa Dei misericordia et benignitate trahatur? Quid igitur mirum, quod his Iobus perturbatae mentis agitationibus abreptus, quæ tacito alii dolore sentiunt, eloqui permittat ori, *frena recusanti?* quo vitam ideo se fastidire, Deo libere facetur C. X. \*), quod inuestigando consequi non possit, quæ sit aut pecca-

\*) Ad C. X. v. 13. *την*, quod Michael, ad sequentia mala refert, palam sat is ad ante enumerata bona spectat, *την* aurem ad *την*, sive talem eorum omnium velut obliuionem, qua Deum ingratos iuste punire posse Iobus fateretur, seque, si reus esset v. 14. tali eius vindictæ submittit. Alium ego quidem nullum video faciliorem orationis nexum. v. 16. *Houb.* pro *την* legendum putat *την* ad Deum referendum: tu vires exeris, idque ideo, quod nullus veterum, praeter vnum Chald. tertiam pers. exhibet, quam tamen habet Syr. et Ar. v. 17. Id. *την* abicit, quia virilisque Substant.

peccatorum suorum atrocitas, aut quae sit alia consiliorum Dei ratio, occulta sibi et imperuestigabilis: cur adeo violenter se opprimi patiatur sine omni auxilio v. 1 - 3.? cur adeo festinanter, tam seueram a se vindictam sumere illi placeat? quasi homo esset, quem vel externa rerum facies, vel mortalis vitae formido, ad accelerata interdum supplicia rapit v. 4 - 6., etiamsi norit, quod nec sit adeo sceleratus, nec possit ab eius potestate liberari v. 7. Durum enim hoc vtique piis et saepe mirabile videtur, quod vix possit cum amore Dei paterno conciliari, si, quae creationis et prouidentiae beneficio in eos contulit, bonorum omnium adeo esset immemor v. 8 - 13. Noui Iobus ait v. 13. quod hoc omnino in tua sit potestate positum זאת עמך ut, si scelerate fecissem, quod in me animaduertis שפְרַתְנִי, inultum me non dimittas et criminis insontem v. 14. Vae igitur mihi, si improbe vixisse! At vero pius sum; et tamen vix caput leuare ignominiae et aerumnarum gratitas permittit v. 15., quae subito etiam, quam primum illud se vel erigere ausit, multiplicatis aduersus me irae diuinae testibus inualescunt v. 16. 17. Numquid vero vitam ideo fastidire et optare mortem deceat? v. 18. 19. Sentire eius rei iniquitatem Iobus ipse videtur; quod in eiusmodi carnis et spiritus certamine fieri plerumque solet; quare eo tandem reddit votorum finis, vt breue hoc miserrimae vitae,  
quod

Substant. ad רב referendum esse putat; quod tamen fieri posset sine hac mutatione, nisi commoda satis esset copulatio το γράμμων prioris cum το γράμμων quod Michael. verit: hinter mir Versfolger, und um mich herum ein feindlich Heer. Syr. et Ar. sive γράμμων legerunt, sive sententiae causa sic vertunt: exercitus immutas contra me. v. 18. Houb. γράμμων reuocat ad το γράμμων Sep. secutus, qui sic vertut: οὐα τι — ει περιστανον, forte sensus, non lectioνis causa, quod alias iis aequae ac Houb. contorta visa fuit oratio, quae autem nihil habet difficultatis, si ex vsu Futuri, quod optandi vim habet, vertamus vt Mich. fecit: Wäre ich doch gestorben! v. 20. το Chetib γράμμων praefero hic το Keri γράμμων quod haber Chal. et Mafora, Cod. autem Regiom. Senat. in ipso textu exhibet, quamuis a punctatore corretum; idque sine dubio etiam Syr. Ar. et Sep. legerunt in suo Cod. et uno exprimunt Voc. ολγος εσν ο βιος τη χρονια με, quo neutiquam comprobant Houb. lectioνem γράμμων cuius frigida esset sententia: dies mei et tempus vitae meae, siquidem hoc vtrumque ipse etiam Chald. habet; vita temporis mei, de quo tamen γράμμων praedicit parua est, simulqne γράμμων et deficiens. In altero vero membro Chetib praefero γράμμων vt form. optandi: vtinam a me desisteret! quod habet vterque Cod. Regiom. in textu, Sen. autem in marg. γράμμων ponit cum Nota.

quod sibi reliquum sit tempus, aliquo tantum mitigetur malorum leuamine v. 20-22.

Recte quidem eius rei causa, sed nimis omnino acriter, et magis quam reliqui inimice, tertius amicorum Iobi Zophar eum reprehendit C. XI. \*) 2. 3., in eumque velut *nugatorem insolentem* grauter inuenitur, quasi tanta esset eius pertinacia, ut irreprehensibilem doctrinae suae et pietatis integritatem non tantum obstinate tueatur v. 4., sed etiam intelligere recusat, quod *בְּפָלוּם לֹתֶשׁ יְהִי* firmo Dei et immutabili consilio nitatur duplex illa occultae eius sapientiae cum piis et impiis agendi ratio, vi cuius merito nunc dignas ab eo exigat improbitatis poenas v. 5, 6. Negauerat hunc regiminis diuini ordinem Iobus, Deo-

B 2

que

\*) Ad C. XI. v. 6. optime hic ex mea sententia verit Houb. sapientiae recessus, ut sunt ratione multiplices, siue potius vi propria Voc. מִלְחָמָה *duplicis rationis*, quae vix alia esse potest, quam duplex illa, piis bene semper, improbis male faciendi ratio providentiae diuinae, quae caput est principale huic colloquii. Ex ea enim intelligere debebat Iobus, quod Chal. et Sep. habent: ὡς ἀξιος ἦν ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ μαρτυρῶν, Vulg. autem: quod multo minora exigaris ab en, quam meretur iniurias, קַל תַּשְׁפַּע quasi foeneratur tibi, siue obliuiscitur partem aliquam tuae iniurias, quod fere magis conuenit cum vsu voc οὐτε. v. 8. בְּרֵבָה altitudines coeli, ad Deum referr Vulg. veritudo: excelsior est cœlo, neque tamen ideo vel legit, ut Houb. putat: מִלְחָמָה קָבֵד, nec sequ foemin. מִלְחָמָה legere iubet, quod idem vult חֲבֵד בְּרֵבָה. v. 12. Houb. legit pro בְּרֵבָה vacuus; en rationes criticas! quis vox illa nunquam translate venit, et Syr. רַכְבָּה purus habet, (quod idem est ac vacuus culpa) vnde suspicatur, in eius Cod. scriptum suffit רַכְבָּה, quod cum בְּרֵבָה facile potuit permutari. Sic porro רַכְבָּה sati temere in בְּרֵבָה mutat, eique addit בְּרֵבָה, cordatus fieri; cur autem? quia רַכְבָּה nulli alteri verbo nec simile esse, nec contrarium existimat, cum tamen simile sit בְּרֵבָה, et מִלְחָמָה contrarium בְּרֵבָה, quod autem non vidit critica mutandi rectum libido. v. 15 מִלְחָמָה quod Ar. de variolis adhibetur, respicit forte, ut Michael. putat, ad faciem Iobi lepra foedatam, vnde בְּרֵבָה Sep. πτωτούς καθάρου vertunt, et מִלְחָמָה ex πτωτού fudit de puritate fusi metalli explicant: εκδοσιγ ρυπον, ex quo non sequitur, legisse eos et Chald. בְּרֵבָה quod Houb. putat esse legendum. v. 17. Dura mihi videatur Michael. interpretatio: nach einem schwülen Mitternacht wird seelige Unsterblichkeit aufsehen, du wirst siegeln נְסָרָת (nemlich über das Meer des Todes in jene Inseln der Ewigkeit) und werden wie der Morgen. Pro 2, quod tamen est aequae comparatu, Houb. 5 putat esse substituendum, in Voc. מִלְחָמָה. v. 28. מִלְחָמָה pro fodere accipiunt Michael cum Chal. de sepulcro, Houb de fossa ad colligendas aquas niuales, in Arabia pretiosas, Sep. pro erubuit, et sic non verba quidem, sententiam tamen bene explicant: εκ μεριμνής πολ Φροντίδης αραφαινεται τοι αρεψης.

que ius summum vindicauerat c. 9. 22., pios aequo ac impios malis affligendi: Quod autem Zophar adeo putat esse temerarium, ut *vel arrogantiae* tribuendum sit, quod imperscrutabiles prouidentiae vias inuestigare audeat v. 7 - 9., *vel impudentiae*, quod pertinaciter se opponere contendat his iustis Dei iudiciis v. 10., qui tamen bene norit profanos eiusmodi *nebulones*, eamque ipsam ob causam in eos *animadvertere* soleat v. 11., quo *sapere discant recordes*, et qui obbrutescere coeperunt, ad saniorem redire mentem cogantur v. 12. En quam imprudenter, neglecto omni humanitatis et amoris sensu, causam Dei agant, ζλων θεος εχεστι, ait Paulus, αλλα και επιγνωστι Rom. X. 2., qui piis huius vitae bona, improbis mala semper deberi existimant. Hoc ipso enim coeco pietatis peruersae alisque inimicæ impetu duxus Zophar, ad poenitentiam agendam et mutandos mores Iobum adhortatur v. 13. 14., eaque conditione certo futurum esse pollicetur, ut sine turpitudinis nota faciem erigere et ab omni malorum metu tutus esse v. 15., ut pristinae calamitatis memoriam delere v. 16., perpetua felicitate frui v. 17., et spe nouia ereclus, nulloque amplius pudore suffusus, adeo tranquille vivere possit, ut alii adhuc plures suum precebus implorare fauorem cogantur v. 18. 19., improborum autem spes omnis veluti halitu extincta, subito misere euanescat v. 20.

Ad haec tanta tamque iniqua amicorum opprobria merito sic Iobus respondet C. XII. \*), ut primo omnium simul *insolentiam* reprehendat,

\*) Ad C. XII. v. 1. Sententia verborum ex triuio sumta et fere iocularis Houb. videretur, ideoque pro arbitrio mutat מִתְחַדֵּשׁ in מִתְחַדֵּשׁ, deinde מִתְחַדֵּשׁ ex Samar. מִתְחַדֵּשׁ scire, in Substant. conuertit: scientia vefra, tandem pro מִתְחַדֵּשׁ legit מִתְחַדֵּשׁ perfectio, quod quidem Sym. habet: ουκ ουκ η τελικης της σοφιας, non autem scriptoris, sed sententiae explicandae causa. v. 3. 4. Aequo temere et inutiliter hic etiam Houb. mutat מִתְחַדֵּשׁ in בְּנֵי, et partic. בְּנֵי in Verb. מִתְחַדֵּשׁ accidere, quia Syr. sic verrit: in quem talia advenere; atque haec, extorquendi sensus causa, et quoniam Syr. sic interpusxit, cum initio v. 4. sic coniungit: ille amico suo ludibrio est, mutato iterum מִתְחַדֵּשׁ in בְּנֵי. Plana artem est sententia textus, quam exhibet Chal. et Vul. apud quem talia non sunt? quis haec ignorat? v. 5. Haec facilissima mihi videtur verborum sententia, quæ quidem omnia Versi. legerunt, varie autem transposita coniungunt et torquent, ob sensus sine dubio difficultatem; quare Houb. etiam pro מִתְחַדֵּשׁ contenta, legit מִתְחַדֵּשׁ conculcata lampas est iustus, quia in lampadem non cadit contemnus (reste, cedit autem in calamitatem, eamque מִתְחַדֵּשׁ frequentius significat, quam lampadem) deinde מִתְחַדֵּשׁ in מִתְחַדֵּשׁ conuertit, proculatio, quod efficit ex Ar.

hendat, quae sibi soli sapere videatur, etiamsi praeter vbinis obuia nihil proferat v. 1 - 3. Falsae autem eorum, de perpetua plorum prosperitate opinioni, experientiam opponit, quae sat multis vtiue exemplis testatur, rideri saepe iustum, quamvis integrerrima eius sit pietas v. 4., et miserorum calamitati ignominiam deberi, ex superba eorum sententia, qui ex perpetuo felicitatis visu insolescunt **לְנָא**, quae etiam parata fit iis, quam primum nutare modo pes coepit et vacillare v. 5., cum contra iniusti tranquillitate fruantur et rebus securis, quasi liberae eorum potestati sua Deus bona concessisset v. 6. Immo ad uniusversum prouocat naturae regnum, tam *animale*, vbi improba ferarum rapacium ferocitas longe solet imbecilliorum superare tenuitatem et innocentiam; quam *vegetabile*, vbi zizania et vepres, herbaeque inutiles et venenatae, longe facilius crescunt et augmentur, vel deficiente hominum opera, vel etiam resistente, quam plantae cuiusque generis fabuberrimae; quo ex hoc vtroque exemplo homines intelligent, a Deo haec omnino sapienter sic esse constituta v. 7 - 9., qui pariter in sua habet potestate, tam *spiritum* quemcunque humanae carnis, quam *halitum* reliquorum omnium quae viuunt v. 10. Deinde vero his singulatim,

B 3

quae

Ar. **בְּנֵי** per terram voluntare, ideoque sic verit: propositus est pedum conculatio. Longe aptior est Michael. interpretatio, qua מִתְחַדֵּה ex v. 4. cum בְּנֵי v. 5. copulatur: Der Niedliche ist dem Stolz und den Gedanken der Glücklichen verächtlich, und wer weiss Tritte thut, dem Strauchelnden. v. 6. Non opus est בְּנֵי in Plur. בְּנֵים cum *Hab.* mutare, quamvis Verf. praeferat Chal. omnes, sententiam recte de pluribus intelligent. v. 10. בְּנֵי de potestate Dei, vt praeced. **בְּנֵי** intelligo, non vt Michael. hoc in Not. explicat: Gott hat sie so gemacht, daß der eine Lust und Geschicklichkeit hat den andern zu betrügen, und der andre leichtgläubig genug ist, sich hintergehen zu lassen, quod non evante satis dictum mihi videtur. v. 17. Michael. בְּנֵי spoliatos propriis verit, vt Sep. *אַקְעָרָוֹת*, Sym. impoprie, *אַפְּלָאָת*, quasi consilio spoliatos, an ex בְּנֵי errauit, praemissō בְּנֵי vt vult *Hab.*, vehementer dubito. v. 19. אֲרַגְנִים ex Ar. בְּנֵי perennis fuit, commode Vul. verit, optimates, Sep. *אַמְּנָצָא*, Chal. Syr. Ar. fortes, vt *Hab.* robore valentes, nescio cur Michael. den ewigen Quellen giebt er einen andern Laufst, sensu vel proprio, vel improprio, quem eamen ipse fatetur, proprius ad v. 20. accedere. v. 21. מִזְמָרִים Michael. verit: den Schöpf-Timer der Quellen löset er ab, eoque nomine putat intelligi, quod habet Chal. Syr. et Ar. potentes et magnates. v. 23. אֲרַגְנִים Sep. vertunt: *מְלָאָמָר* *אֶתְנָה*, quasi מְלָאָמָר legissent, nisi forte *מְלָאָמָר* virtiose scriptum videatur pro *מְלָאָמָר*, quod magis respondet sequi, *מְלָאָמָר*.

quae Zophar c. 11. de prouidentiae diuinæ consiliis nunquam perue-  
stigandis, deque certa piorum in hac vita prosperitate, promissa sibi,  
et antiquissimorum temporum testimoniis comprobata dixerat; his in-  
quam, *carmen* aliquod veterum opponit, probatae fidei virorum, ad  
eorum, qui sapiunt, *palatum*, apprime compositum. Eo enim, qui  
longo rerum vsu edocti fuerunt v. 11. 12., sapientiam Dei et potesta-  
tem libere regendi sumnam sic decantarunt: vt prouidentiae diuinæ  
regimini vindicarent eorum omnium quae eueniunt, ipsamque consi-  
liorum humanorum gubernationem, siue bona illa fuerint, siue mala  
v. 13. 21., adeo, vt vel abscondia quaque in lucem proferat v. 22,  
et fortunæ omnis, tam secundæ, quam aduersæ, vicissitudines dirigat  
v. 23., quae arte nulla, consilio nullo, vel potentissimorum, impe-  
diri possint, aut mutari v. 24. 25.

Iustitiae quidem diuinæ causam tueri videntur illi, qui, quæ  
hominibus mala eueniunt, poena loco semper habenda esse omnia  
existimant, eamque ob causam afflictam miserorum pietatem in dubium  
vocare, et humanitatis atque mutuae benevolentiae leges violare mal-  
lunt, quam admittere, vt ipsa Dei iustitia, quod ipsi quidem metuere  
videntur, in discriben veniat: Arque sic bonam Dei causam, bono  
quidem animo, sed *medicastorium* more artibus illicitis, mendaciis ni-  
mirum, et innocentiae criminationibus, male defendunt, idque merito  
suis Jobus amicis exprobrat C. XIII. \*) 1-5. Numquid vero iustitiam  
Dei

\*) Ad C. XIII. v. 1. Pro הַז Cod. Regiom. Sen. habet נָז, forte pro נְזָן, correptum quidem in הַז, quod tamen pariter Chal. omittit, Cod. Regi. autem נְזָן addit, erasum quidem, quod tamen habent etiam Verß. omnes, neglecto הַז. v. 4. נִזְנָן אֲנָזֵן Verß. fere omnes medicos inepros  
vertunt, Sep. מִתְרָא אֶתְלָאָגָא qui fucum vendunt, Michael. nescio quo  
iure: auf deren Kranken man das Leichen-Lied dichten mag. v. 8 Quod  
bene verit Theod. προσωπον αὐτος λαυθατε, male Sym. κρύψαι αὐτον, quod  
tamen Schoi. Olympiod. esse, Ven. Semlerus l. c. probat ex Junii Catena  
p. 262. v. 12. Pro quod Michael. pro monumentis accipit: eure  
Grabmäler sind ein Bild der Asche, die in ihnen verwahret wird, Houb.  
legit יְמִינְכֶם וְגִלְעָדְךָ vestra erit pulueris loco, ex יְמִינְךָ superiore, quoniam  
Sep. haben γαυγαυζ, quo vero γράζ per Metonym. vertere possunt, et  
quod gloriatio magis respondet τῷ στόλῳ quod Houb. quidem supercilium  
veltrum explicat, Michael. autem: eure Gewölber sind für einen feinernen  
Leib. Ex mes sententia non tam mortalitatis, quam futurum sermonum  
Jobus admonet amicos: memorabilia vestra sunt sententiae cineri simi-  
les, perrinacia autem cervicis vestrae tandem in tumulum pulueris redi-  
getur. v. 13. Houb. נָז extrudit, quod nunquam putat periodum absolu-  
vere,

Dei pia eiusmodi *fraude* deceat tueri? An iusta eius causa tam inquis opus habeat et inanibus praefidiis, vt partium studio et habito personarum respectu, excusandae eius et vindicandae gratia, accusare integrum piorum virtutem et condemnare liceat? v. 6-12. Numquid alia nulla reliqua est ratio, *iustum piorum*, simulque *Dei ipsius causam*, ita bene secum inuicem conciliandi, vt salua sit Deoque probata eorum probitas et in aduersis innocentia. et iustis tamen de causis, sine aliquo sanctitatis diuinae et benignitatis dispendio, tot a Deo malis affici possint, exercendae nimirum, probandaeque et roborandae eorum fidei et virtutis, immo augendae felicitatis causa, neutiquam vero ad punienda eorum delicta? Ita enim nihil decedit *iustorum integritati*, qui non ab omni quidem labore immunes, adeo tamen *innocentes* esse possunt coram Deo, vt talia nulla proterue commiserint crimina, quae tanta mereantur scelerum vindicta coerceri: Neque tamen vel *iustitiae Dei* vel *benevolentiae* quidquam detrahitur, si quando ex occultis prouidentiae consiliis, cauendi grauioris mali, aut procurandae eorum salutis causa, animo non irato, sed paterno, vel durissimis pios cruciatibus quandoque torqueri patiatur. Atque hac ipsa ratione Iobus etiam cauae suae iustitiam aduersus iniqua amicorum opprobria merito tuerit, vt quisquis demum futurus sit rerum suarum exitus v. 13., confidenter tamen fateatur eius conscientia mens recti ipsoque Dei freta praefidio, nihil omnino se formidare, sive eorum *criminaciones*, sive ipsam supremi iudicis sententiam v. 14-19. Eius enim adeo saluam esse et intemeratam profitetur *iustitiam*, vt, si vel aliquod tantum anxiae mentis et perturbatae leuamen impetraret

vere, cuius autem rei exempla v. 2. Sam. 18. 12. 22. 23. Prou. 9. 13. Sep. vero pro *תְּהִלָּה יְהֹוָה* videtur *תְּהִלָּה שְׁגֻגָּה* legisse. v. 15. Houb. merito respuit *הַ* illud Masoret., quod quidem Chal. Syr Ar. Vul. habent, Cod. autem Regiom. Reg. in margine tantum, in textu *אֵל* extat, idque oppositio *תְּהִלָּה* postulat, et Sep. legissevidetur, quamvis vitiose pro *אֵל* o *בְּנֵי אֶשְׁתָּו*. v. 22. Consentunt hic Versi., praeter Sep. qui *בְּנֵי אֶשְׁתָּו* et *אֲבָשָׁא* *בְּנֵו* *סְמִינָה* legissevidetur. v. 27. Explicantur hic documenta scriptae contra se v. 26. iudicis sententiae, stigmata nimirum, plantis pedum ulcerosis veluti signacula scelerum impressa, quod o *εβραϊς* in Hex. sic bene explicat: *τα ομη των ποδων με περιχαραττες*, vt Michael. du brandmarcks mich unter den Fersen. v. 28. Voc. *אֶשְׁתָּו* est demonstratio, quo velut digito indice omnium in se oculos conuerrere inbet: atque sic miser ille, scil. Iobus — quare non opus est legere, quod vult Houb. *תְּהִלָּה* vt sim quasi res putrefacta.

traret v. 20. 22., mali nihil vel ab hac ipsa sibi metuendum esse confidat, etiam si vel a se Deus causae suae rationes deposcere, vel ipse sua sibi delicta iudicare vellet v. 22. quae scire lubenter cupit v. 23., quo ex his intelligeret an eorum causa, quae forte *inscius* hucusque deliquerit, siue adeo propter ipsa adhuc *inventis pectata* v. 24. 25.. tot tantaque mala, veluti *seculorum signacula* sibi inusta ferre cogatur, quibus quasi tinea corrosus contabescat v. 26. 28.

At ne vero audacter nimis vel ostentare suam, vel prouocare Dei iustitiam videretur; ideo vitae miserae calamitatibus ingemiscens C. XIV. \*) 1. 2., suae Iobus iustitiae nihil se arrogare, diuinae autem tantum

\*) Ad C. XIV. v. 3. Parum differt, an ιτικ legamus, quod vult *Houb.* et Verff. habent omnes, excepto Chal., et ἡρῷον in Plur., quem in Polygl. Lond. expressum Verff. sequuntur, praeter Sep., qui non verba, sed sensum exprimunt, Cod. autem Region. vterque in marg. habet ex-punctum. v. 5. Sep. Cod. Vatic. habent τις pro τῷ πάντας viciose τῷ αὐτῷ, re-ctius Cod. Alex. et Sym. πάπα σου, cui responderet: ηὐών γε, cuius loco τῷ in Sing. habet Sym. Syr. Ar. et Cod. Region. vterque sine nota marg. v. 10. Interrogat. τις vbi queso est homo, quando expirauit? Sep. Syr. et Ar. negative quidem explicant: οὐ εἰς εἰς, neque tamen ideo τις fe-gerunt: non ille est, vt *Houb.* putat, neque ea est Iobi sententia, qui potius ad institutam ex praemissa similitudine quaestioneum: vbi est homo mortuus? numquid pariter sicut arbor reuirescet? noua similitudine v. 11., nouisque quaestionebus v. 12., sic clare satis responderet, vt hac ipsa spe vitae melioris mortem exoptet v. 13., in eaque spe sola suum omne solatium ponat v. 14. 15. v. 14. Non opus est pro τῷ πάντῃ legeret quod vult *Houb.* τις et tamen reuiniscet. Ad hanc enim interrogatio-nem, quam Verff. Aq. et Th. habent: οὐτι ζητεῖται, ipse Iobus affirmando responderet, in eo omnem omnino spem vitae suae esse positam, donec veniat exoptata τις θνήτη reuerescientia mea, ex similitudine v. 7. vbi idem extat Vocab. παλληγενεσίαν habent Sep. εἰς πάλιν γενόμενα, Aq. et Th. αλλαγμα, Sym. ex scribendi sine dubio errore, αγνά φύει, pro αλλαγή, vt suspicatur Montefal., aut αλλογενίς, quod habet Olympiod. v. 15. Michael. textum in mendo cubare putat vsque ad v. 17., quem tamen sine aliqua verbo-rum mutatione sic pariter intelligo, vt ipse vult, de futurae nimirum resurrectionis statu feliciore; vbi euocati a Deo, confidenter ad eum accedemus, qui dextram porrigit operi manus suae, vt Vul. ηὕδην vertit, a quo parum differt Th. επιπόθησεν et Sep. μη ανοταρε, vbi v. 17. nullana peccatorum vindictam nobis serubit, quae tunc in fascilo erunt ob-signata ibid. τῷ Michael. in einen Ackenfoss, quod in secunda quidem pers. Verff. explicant, neque tamen ideo πάντη legendum, vt *Houb.* vult, immo deleta erit omnis eorum culpa, Mich. du wirst meine Schuld über-fünchen, ex Chal. ήσε obleuit quod c. 13. 4. adfuit de his, qui mendacii cole-

tantum tribuere, ipsi Deo satetur, ut communia humanae naturae virtutis et mortalitatis decreto lubenter se submittat, nihil magis in votis habens, quam placidam mortem v. 3-6. Immo tanta eius in Deum est pietas et fiducia, ut, quamvis spem nullam sibi reliquam esse intelligat, recuperandae in hac vita felicitatis, sola ramenta expectatione futurae ad vitam meliorem resurrectionis, adeo se dicat esse contentum v. 7-12., ut desideratus nihil exoptet, quam felicissimam illam rerum suarum conuersiōnē v. 13, 14., ubi expers culpae omnis peccatorum deletae, coram Deo comparitus esset longe maiori laetitia v. 15-17., quam in hoc statu miserrimo funditus eversae felicitatis suae omnisque spei v. 18-20., et supremo illo doloris gradu, quo mala quaeque, alias vel grauiſſima, longe superantur v. 21. 22.

Ita vero religioni noteri putat Eliphas, nouo eoque vehementiori quam ante certamine aduersus Iobum insurgens C. XV. \*), ubi venti instar exitiosi habendam esse hanc eius doctrinam profitetur, sapiente viro indignam, pietati noxiā, eiusque improbitatis testem v. 1-6. Quis Deum colat et adoretur, si bona huius vitae malaque piis et im-

piis

colorē allinere norunt. v. 19. Foeminin. קְרֵבָה ex נַעֲשֶׂה alluisionem bene verit Vulg., atque sic commode ad aquas referri potest, nec opus est legere מִתְחַדֵּס וְמִשְׁבַּח obruit sponte nata puluis terrae, ut vult Houbig.

\* Ad C. XV. v. 11. תְּאַלְּפָנָה verit Houb, abscondire reuelatum ex וְשָׁה et Ar. וְשָׁה, rectius Michael. ut Chal. Syr. et Ar. ein Wort des Mitleidens, ex Ar. וְשָׁה lenis fuit, vnde וְשָׁה c. praeſ. הַכְּלֵמֶן 2 Sam. 18. 5. v. 12. קְרֵבָה Michael. c. Chal. verit: quid innuunt oculi tui? Sep. επηρεγκαν, Αλλ. απερσεψαν, quod ex sententia Ven. Semlerii non est noua versio, sed e Didymo legendū απερσεψαν: quid obsunt oculi minaces? ut Polychron. αποφθειλαν dicunt, oppositis velur oculis obfuscari, cui Ar. וְשָׁה bene responderet. v. 20. Houb. וְשָׁה in Sing. legi ut Syr. et Ar., quia collectuum potestatem Voc. וְשָׁה negat, quod Michael. in Particip. וְשָׁה conuerit. v. 21. קְרֵבָה Sep. Meronym, vertunt καταρροφη, nec ideo opus est וְשָׁה legere, ut vult Houb. v. 23. וְשָׁה quod omnes habent Verſi. praeter Alex. quae וְשָׁה verit גְּזָבָה, ut Michael. eine Speise der Raubvögel, Houb. in וְשָׁה mutat, et וְשָׁה in וְשָׁה v. 28. וְשָׁה quod habent omnes Verſi., Alex. autem quoad sensum explicat, Houb. in וְשָׁה mutat, erit extraneis, et וְשָׁה in וְשָׁה quod paratum illi fuerat. v. 29. וְשָׁה varie vel legerunt, vel sententiae causa mutarunt Verſi., Alex. in וְשָׁה συνα, quos sequitur Michael., sobolem verit Houb., miror, quod non וְשָׁה ex וְשָׁה scribendum esse putauit. v. 31. Nescio, cur וְשָׁה lectio incredibilis Houb. videatur, quam in וְשָׁה planta eius conuerit, cum plana sit sententia: errore deceptus est.

C

## XVIII

piis indiscriminatim euenire posse, et nulla in iis, siue praemia virtutis, siue scelerum supplicia, quaerenda esse crediderit? Quis ita sentire ausit, nisi arcana prouidentiae diuinae consilia et decreta aeterna cognita habere sibi videatur et explorata v. 7-9. Arrogantiae igitur Iobum arguit, ut fieri solet plerumque, si quis veritatis amore antiquis se cooperit erroribus opponere, audacissimae inquam, arrogantiae eum arguit, quod noua illa et profana opinione, inueteratis scilicet praeiudiciis contraria, obstinatum opponat animum, et monitoribus non tantum amicis asperum, eorumque diuinis, ut putant, et mansuetis consolationibus v. 9-11., sed ipsi adeo oraculi diuini sententiae repugnantem, qua vel incolarum coeli reprehendatur imperficio; quanto magis insatiabilis illa profani hominis *peccandi libido* שְׁתָחַת כְּפֵים עֲלֹת v. 12-16., quo ipso turpem prodat ab antiquissimorum patrum orthodoxia defectionem v. 17-19. Quod inuidiosum plus saepe valet argumentum, quam firmissima quaeque veritatis praesidia, quae tantam apud bene multos vim non habent et autoritatem, quam veterum testimonia. In his igitur solis causae suae robur omne querit Eliphias, quibus tamen a v. 20. ad 35. nihil aliud continetur, quam nuda malorum, quae impiis nuntiantur, quaeque omnino saepe, quamvis non semper sic vsu euenire solent, talis delineatio, quae Iobi simul anxietatis et terrorum, inopinatae calamitatis v. 20-24., exprobriatae temeritatis et arrogantiae v. 25-27., abiectionae spei et dolosae v. 28-31., extinctae tobolis v. 32-36., aliquam referre imaginem haud obscuram videtur.

In his omnibus autem, quibus nullo modo probatur, talia omnia sceleratis tantum, non aequi iustis interdum euenire, quae quaevis inest, ait Iobus C. XVI. \*) probi hominis animum consolandi, qui ita vel

\*) Ad C. XVI. et seqq. parcus Obscuratt. adscribere inbet paginae angustia. v. 3. Chal. sequitur Houb. יְהִי legens pro יְהִי quod bene vertunt Vul. et Sep. παρενοχλησει σαι. v. 5. Mich. et Houb. נְהִי ante נְהִי in textum recipient, quod habent Sep. Syr. et Ar. sententiae forte caufa, quae autem sine eo plana est: iam vero vel motum labiorum os cohibere, i. e. ne hincere quidem debet. v. 7. Houb. legit תְּאַלֵּה aerumna mea, הַנְּהִי mutat in terr. pers. labefactauit, et נְהִי pro compage accipit, ex fulcire, cui Vul. fauet, cum reliquae Vers. parum inter se consentiant. v. 13. pro יְהִי Mich. scire Schützen. רְבִים haber Cod. Regiom. Sen. v. 16. id. Cod. Reg. Keri habet in tex. וְהַמְּרַבֵּן v. 18. Non inimicis impetratur fui sanguinis vindictam, sed sibi ipsi, si מְדִינָה sanguinis, i. e. criminum capitalium reus esset, hoc depositit, ut nec impunita illa relinquantur, nec locus

vel semet ipsum aliosque pios condemnare, improbos autem quoscumque, qui tale nihil vñquam, vel raro tamen experiuntur, pro iustis reputare cogeretur? Quid salis et prudentiae in tali miseros iniquis censuris affligendi more? quem facile imitari alius quisque, et iteratis eiusmodi opprobriis obtundere posset afflitos, quo ad silentium redigantur v. 1-6. Ita enim si fas esset in foro agere cum his, qui sunt in angustia constituti, vt re inaudita scelerati instar habeatur iustus, vt nullo insontiae, sed tantum criminum admisso teste, mendaciis, opprobriis, et obtredationibus hostiliter infestari, et petulanter exagigrari, vel ab ipso infenso iudice permitteretur; nunquam profecto vel integerrimus quisque suae posset causae iustitiam obtainere. Ita vero Deus ipse cum piis interdum agere solet, ex occultis prouidentiae consilis, quod suo Iobus exemplo demonstrat v. 7-17., tum nouo quidem et forte inaudito, nunc autem tot martyrum, et ipsius Iesu Christi rebus gestis comprobato. Ex his enim clare satis eluet, in tanta saepe optimos quoque virtutis cultores discrimina rerum venire posse, sic Deo volente, vt grauissimis obruti calamitatibus, flagitiosissimorum instar nebulonum, *ignominiae publicae* exponantur et omnium iniuriis, in quos veluti *sagittarum metam*, libere coniicere tela quaeque licet, etiam si criminis expers fuerit scelerisque pura vita eorum et religio v. 17. Quod cum alia saepe nulla reliqua sit hominibus demonstrandi ratio, cur virio vertamus Iobo, quod graui hoc obtestatione confirmat v. 18., ipsumque Deum integratatis suae testem inuocat v. 19. Hunc causae suae vindicem aduersus irritores lacrymis submissè rogat v. 20., vt coram Deo עם־ארזה et aduersus amicos suos אָמֵן־בְּנֵי seal. repetito עם, suam iustitiam tueatur v. 21., tanto ciuitius, quanto certius proximam sibi mortem imminentem exigitat v. 22., quod quidem ex putrido iam halitu suspicatur C. XVII. \*) 1., nisi forte

C 2

fallaci

locus sit suis precibus. v. 19. 20. Causae suae testem et arbitrum v. 19. vt Deum inuocat v. 20. speratque v. 21. vt רַבְבָּר et שָׁעֲרָל causam agat apud Deum et filios hominum, quod vix de alio, quam promisso mediatore potest intelligi. *Michaēl*. autem sic interpretatur: Gott soll die Sache *Hiob* gegen sich selbst vertheidigen, dadurch, daß er seine Unschuld aus Licht bringt, an commode satis, dubito.

\*) Ad C. XVII. v. 3. Hoc eodem sensu de Deo accipit *Mich.* werde du für mich Bürge und vertheidige meine Unschuld, quod dubito, an satis exprimavim vocis עַזְבָּנִי fidem pro me interpone, עַזְבָּנִי quis pro mea manu suam defigat, i. e. pro me spondeat? v. 5. קָלְבָּנִי affentatorie, quod habent

fallaci delusus opinione, ad diuturniora adhuc mala ferenda esset constitutus v. 2. Nihil igitur religioni timendum esse, suo ipsius exemplo Iobus demonstrat, si vel nulla iis in hac vita praesente destinata essent virtutis praemia, vel si grauissimis adeo cruciatibus ad mortem usque affligerentur, cum in his tantis fidei pietatisque experimentis, missa etiam spe omni terrenae felicitatis, spes tamen confusa Deo integra adhuc semper iis relinquatur. Nititur autem illa promissa huius mediatoris gratia, ad quem iam ante superioris Cap. v. 20. 21. ut causae suae aetorem prouocauerat, eundemque iteratis nunc precibus adit, et eius tutelae atque interponendae pro se fidei adeo se Iobus confidenter committit v. 3., ut nec suae causae diffidat victoriae v. 4., etiam si perfidae ludibrio sit fides sua, et execrandae abominationi miseria v. 5-7., nec verae pietati quidquam detrimenti vereatur metuendum esse ex his tantis cultorum eius aduersitatibus v. 8. 9. Habet enim sua virtus praemia in futuro seculo constituta, quae prudentis est expectare inter huius vitae aerumnas, eaque spe animum roborare in studio eius perseverante. Quam ob causam imprudentiae omnino signum est, quam merito Iobus in amicis reprehendit v. 10., spe sola vitae praesens vident et miserorum adhuc animos mulcere, vbi iam exitium praesens vident et vicinae mortis propinquitatem v. 11. 12. Haec est votorum finis et complementum, cuius amica pii consuetudine delestantur, mors, in qua sola requiem quaerunt tutissimam v. 13-16.

Offensus hoc imprudentiae opprobrio v. 4. 10. Bildadus, non dignos esse censer profanos eiusmodi audacis Iobi sermones, quos cum aliqua adhuc attentione, aut perspicacis animi sollicitudine *aucupentur*, שׁוֹם קָנֵץ לְמִרְאֶה, et emendare contendant C. XVIII. \*) 1-3. Hominem

habent Versi. *Houb.* mutat in בָּלְקַד coeribus. v. 7. Idem יְמִינֵי legit coagmentatio corporis mei, et כָּלְבָד defecit, pro מְלָכָה, cuius loco v. 10. legit כָּלְבָב ut Chal. Vul. et Cod. Regiom. Reg. v. 11. תְּמִימָה et שְׁפָט Mich. vertit: Stricke und Seile, quibus sublati corporis velut tentorium auffertur. v. 12. קָרוֹב רַיְשׁ ad שְׁפָט pertinere, non obseruavit *Houb.* ideo קָרוֹב in verbum בָּלְקַד conuerterit, obscurarunt. v. 16. Id. pro בָּלְקַד legit שְׁעָמָךְ mecum, et נְתָחָה descendit, pro בָּלְקַד requies erit, quando omnia mecum in puluere cubabant, quam sententiam Mich. efficit, mutando בָּלְקַד in בָּלְקַד mater: die Mutter ist bey mir, d. i. die Verwesung, quod nimis durum videtur.

\*) Ad C. XVIII. v. 2. *Houb.* קָנֵץ ex תְּמִימָה finire, c. Chal. alternas vices vertit, pro בָּלְקַד legit בָּלְקַד unus, et בָּלְקַד pro Niph. habet: plurima verba facit, cum plana sit sententia: quousque aucupia struetis Iobi sermonibus?

minem enim, qui tanto aduersus se ipsum furore saeuiat, vt, sublatis in hac vita praemiis virtutis et scelerum suppliciis, vel ipsum turbari ordinem cupiat *immutabilem*, quo terrarum regatur orbis, quod v. 4. dicitur transferre rupem; talem nihil aliud mereri existimat, quam vt destituatur spe illa *vita praesentis*, quam adeo temere abiecit, eaque frustretur, quam in *futuro seculo* inani expectauit fiducia. Quam ob causam adeo agit cum lobo inclementer, vt ei non tantum fortē sceleratissimorum hominum in hac vita *communem*, exitium nimirum nuntiet, ineuitabile prorsus et irreparabile v. 5-12., sed etiam *dirissimam mortem*, qua exitialibus tandem morbis extinctus, ad tremendum supremi regis tribunal traheretur v. 13. 14., quin post obitum adeo horrendam adhuc ei minatur, domicili, sobolis, nominis, ipsorumque sodalium et alumnorum extinctionem v. 15-19., ad quam non iusti tantum, vt de sua Iobus calamitate c. 17. 8. dixerat, sed omnis adeo *aetatis* homines, tam *postremae*, quam *priscae*, attoniti obstupest, velut ad insigne aliquod vindictae diuinæ documentum, ex quo elucescat impugnatae a lobo sententiae veritas, quod nunquam in hac vita scelerum supplicia improbis, vt virtutis praemia piis deesse possint v. 20. 21.

## C. 3

## Numquid

bus? v. 3. בְּמִימֵדָה quod respicit ad c. 17. 4. et obtusi ingenii stuporem ex Chal. בְּמִימֵדָה significat, in בְּמִימֵדָה mutat Houb. immundi sumus, quod habent omnes Verſ. præter Alex. v. 4. Partic. הַיְהָ absurdum esse putat Houb. si vertatur vt Syr. et Ar. Schult. et Mich. o occidens animam suam! quare יְהִי legit, addito: inquis. בְּמִימֵדָה autem de immutabili providentiae ordine, in constituenda piorum et impiorum sorte intelligo, de qua disputatur v. c. 11. 6., eamque Bildad air, cui causa nec mutabit Deus, nec mundus interbit, etiam vel ipse moriaris c. 17. 11. 12., vel pii obstupest ib. v. 8. 9. v. 7. Houb. pro יְהִי legit יְהִי ex צְרוֹת et צְרוֹת, venabitur, et יְהִי parui, pro יְהִי gressus, וְאַזְכֵּר haveint Sept. cum reliqua Verſ. in lect. text. consentiant, quamvis יְהִי gressus doloris vertat Michael. vt Syr. et Ar., alii mecum, vt Chal. et Vul. gressus fortitudinis, i. e. celeres et felices profectus. v. 11. Pro יְהִי Houb. legit יְהִי spargentur ad pedes eius, וְאַלְכֵּל autem Mich. cum v. 12. coniungit: zu seinen Füßen liegt sein Sohn verhungert, vbi voc. וְאַלְכֵּל Houb. וְ addit: mediis in diuinitis esurier, quia יְהִי non nisi de homine usurpari solet, de quo autem hoc ipsum, quod stilo sententioso de eius opibus dicitur, intelligendum est. v. 14. Obscuratur plana verborum sententia: deferent eum terrores mortis וְאַלְכֵּל ad iudicem vitae Deum, quando Houb. legendum esse putat: וְאַלְכֵּל incedere facient eum eundo, i. e. itineris duces erunt.

Numquid vero fas est iustumque, merito Iobus C. XIX \*) respondet, huius praejudicij causa adeo temere condemnare afflictos v. 1 - 3. vel si ea in re errauerint, quod paria piis et impiis mala euenire in hac vita posse existimant; an ideo turpissima quaeque de iis praesumere, et sceleratorum instar eos habere decet? v. 4. 5. Quid si Deus vel interduin tamen hoc velut in uerfo ordine cum iis agere posset, יְהוָה, vt si vel maxime infantes fuerint, nulla tamen iis relinquatur, causee suae iustitiam hominibus demonstrandi ratio, nulla elabendi rima, spes nulla recuperandae in hac vita felicitatis v. 6 - 10., sed vt omni potius ope destituti, tam diuina, quam humana, suis vel propinquis adeo et sodalibus, imo coniugi et liberis, vel ipsi famulitio despiciatui sint et fastidio v. 11 - 20. Numquid ideo omnem humanitatis sensum adeo decet exuere, vt ne carnis quidem interitu contenti

\*) Ad C. XIX. v. 6. יְהוָה Sep. οὐχίωνa vertunt, quasi יְהוָה legissent, יְהוָה autem, non vt Verff. et Mich. de status Iobi, sed maxime de diuini ordinis conversione intelligo, de qua lis est. v. 17. יְהוָה non de foctore, vt Houb. intelligo, ex Ar. 35, nec de supplicatione vt Verff. et Intr., de qua nunquam Kal adhibetur, sed de paterna benevolentia, vt Sep. de blanditiis, καλαπενα. v. 20. Mich. pro הַבְּרִיר quod simili phraſi extat Ps. 102. 6, legit חֲכָמָה vt Sep. εαπτγαν. v. 25. Consentit Michael. fidei professionem de futura resurrectione hic contineri, non fortunatum Iobi infaurationem, qua fidelium ultima die redemtionem tantum adumbratam esse putat Aut. An. Obs. p. 65. Negat autem Christum Goelis nomine intelligendum, aut de eo sermonem esse in aliquo huius libri loco, quia hoc ad rem, de qua disputatione, non pertinere existimat. In tanta autem rerum Iobi angustia, vbi Deum ipsum sibi iratum, omnemque ad eius gratiam aditum sibi praeculsum esse, saepissime lamentatur, spe sola melioris vitae contentus, promissi Messiae expectatio res utique magni momenti mihi esse videtur, quae nec ab huius aeratis indole, nec a tanta Iobi tamque probata Deo pietate adeo est aliena, vt, si verba textus tale quid prodant, non facile praesumi possit. Quare parum quidem repugno versioni τοῦ Ιησοῦ ein ander Ich wird aus dem Staube aufstehen, malem tamen cum Luth. ad Goelem referre δέηται quod habet Theod. εαπτγαν. v. 27. δέηται ad ylceru refert Houb. postquam haec tabefecerint pellem meam; vt Syr. et Ar. Sep. εαυτής ταύτα, postquam cutis mea extinguerit ea, i. e. mala mihi ferenda, quae facilior mihi, quam Mich. sententia videtur: meine Haut, dieser Eiterfluss, wird eine andre seyn. v. 27. וְלֹא בְּמִצְרָיִם mirat Houb., et וְלֹא בְּמִצְרָיִם in מִצְרָיִם form. inusit. ex כְּלָבִן continere, quia Vul. habet: reposita est spes mea v. 28. Sep. legerunt erga נֶגֶב; pro הַבְּרִיר, omnes autem Verff. 12 habent pro יְהָוָה praeter Chal. et Cod. Regiom. Reg., vbi i in יְהָוָה mutatum est.

תְּבִשֵּׂרַי לֹא תִשְׁבְּעָו, ipsam animae perniciem iis  
nuntiare ausimus, quasi ius nobis esset diuinum damnandi,  
תְּרִבְנִי כָּמֶדֶל v. 21. 22. En quam parum tanta hominum ferocia frangatur  
piā mens, fide in redentorem munita Goelem! quae missa spe omni vi-  
tae praesentis, ab hoc salutis nostrae vindice expectanda ad vitam me-  
liorem resurrectione adeo delectatur, tantoque solatio erigitur v. 23.  
27., vt nihil timeat vel ipsam futuri iudicij feueritatem v. 27.,  
his tantum metuendam, qui positam in interna mentis indole cau-  
sam audent disceptare רְבָר נְמַצֵּא בָּבִי רְבָר שְׁרָשָׁב, aliorumque pietatem  
temere condemnando v. 28. 29., ferociam irae produnt, קְרָב, quae  
summa est improbitas, עֲנוּתָה קְרָב gladio digna.

Hac ipsa autem piorum posita in Saluatore fiducia certaque fu-  
turae salutis expectatione, quae sola aduersus mala quaeque grauissima  
diuino animum robore munit; hac adeo grauiter ad iram excitatur Zo-  
phar C. XX. \*) 1-3., vt hanc ipsam Iobi fidem inauditam esse et ina-  
nem improbi hominis ostentationem atque insolentiam, breui et in ae-  
ternum ignominiose peritura, audacius quam reliqui, publice decla-  
rare non erubescat v. 4-10. Quoniam vero semel imbuta mens est  
falsa illa opinione, quod flagitosi tantum, pii nunquam, tot huius  
vitae calamitatibus affligi soleant; ideo nihil omnino illi reliquum est,  
cum crimina nulla sciret et scelera adeo nefanda, quae Iobo iure pos-  
set exprobrare, quam clandestina suspicari et moritura cum eo delicta,  
aeternis punienda suppliciis v. 11. Illorum enim dulcedine adeo eius  
velut inebriatum esse animum arbitratur, vt, quo diutius degustandae  
eius causa, adhuc ea occultare et sub specioso pietatis praetextu extenuare

conten-

\* Ad C. XX. v. 2. pro רְבָר quod cum שְׁרָשָׁב non copulari posse putat Houb.  
רְבָר legit transire facti sunt. v. 7. לְבָבָל Mich. verit: wie die zu den  
Wolken gewehete Spreu, melius Houb. Sep. securus: cum maxime splen-  
debit, ex Ar. לְבָבָל illustris fuit. v. 10. Versl. שְׁרָשָׁב rediis ex צְרָב fregit,  
explicant, quam Houb. ex צְרָב cursitabunt. v. 18. קְרָב ex alia lect. Mich.  
verit: er ist geizig in seinem Tausche, cum plana videatur proverbial, di-  
ctio: vt labor, sic merces s. commutatio. v. 21. pro לְבָבָל Syr. et Ar.  
לְבָבָל ex v. 26. legisse videtur et vertunt: generatio eius, vt Michael. v. 22.  
magis placet Versl. Chal. Syr. et Ar. וְיַפְּדוּ quando mensura eius erit im-  
pleta, quam Mich. wenn das Einschlagen seiner Hände vollendet, d. i. sein  
Rauff geschlossen ist. v. 28. וְיַפְּדוּ prouentus, cuius loco Sep. לְבָבָל τελος  
habent, respondet וְיַפְּדוּ fluens, quod melius verrit Mich. zusammenge-  
rafftes Gut, quam Sep. απωλειαν, quia Gr. παραρρυται heb. וְיַפְּדוּ, de re deper-  
dita adhibent, quare Syr. et Ar. habent: auferetur, ex quo temere Houb.  
suscipitur, eos וְיַפְּדוּ legisse, exscindetur.

contendat; eo certius futurum esse praeuideat, vt haec ipsa dulcedo in fel aspidum tandem conuertatur et cruciatuſ ſempiternos v. 12 - 16. Propterea penitus eum excludit ab ſpe omni futurae in paradiſo voluptatis v. 17., immo ne huius quidem vitae bonorum, ſive iuste fuerint, ſive inique parta, iucundam ei fruitionem concedit, v. 18 - 22., nihilque aliud relinquit expectandum certius, quam irae diuinæ et poenarum infernalium, nouis indies ſuppliciis augendarum, ignem nunquam extingendum, quo deuorabitur ipsa eius posteritas v. 23 - 26. Atque ſic tandem ex tot coelorum terraeque ſuppliciis palam eſt futurum existimat, quod forte cauſa tantorum, quae ferret malorum, auaritia ſit et infatiabilis inique parta corradiendi cupiditas v. 27 - 29.

Numquid vero talia de viro probō et honesto ita facile ſuſpicari decet? Abſit, ait Iobus C. XXI. \*) adeo temere condemnare inauditum v. 1 - 3., ideo quod miſer eſt et huius vitae felicitate deſtitutus, qua ſceleratissimi non raro copioſe fruuntur. Quam ob cauſam ſpem nondum abiicit fore, vt vel ad aliquem *humanitatis ſenſum* ſuis commoueantur lamentationibus v. 4., iisque exciteantur amici, ad probe ſecum conſideranda et cum ſtupore deueneranda illa prouidentiae diuinæ conſilia v. 5. 6., cur adeo diu ſaepē feliciterque viuere improbos, et rerum omnium

\*) Ad C. XXI. v. 4. Honb. נְה̄ cum בָּנִי copulat, cum plana ſit ſententia: an non homines ſunt, quos mea adit lamentatio? ſi vero tales ſunt, cur non animum prodere abieſtum licet his, qui vel aliquem adhuc ſenſum humanitatis habent? v. 12. נְאַתֵּן vbi ellipſis, potest intelligi, Mich. ad בְּנֵי יִשְׂרָאֵל v. 11. commode refert: ſie nehmen die neugebohrnen Kinder auf den Schoß. v. 20. נְאַתֵּן fraudem ſuam, ex Ar. בְּרֵךְ ad Deum referr Mich. wie ihn Gott überlifſigt hat, ego ad improbos, qui ſe ipſos fallunt. v. 22. מְאֹד Sep. Cod. Al. מְאֹד vertunt ut Houb., Cod. Vat. φωνεὶς ex τῷ οὐρανῷ decepit, vnde Syr. et Ar. detraactores. v. 24. מְאֹד Houb. c. Bochar. in voc. nonum conuertit τὸν πνεῦμα viscera, ut habent Vul. et Sep., qui forte מְאֹד legerunt, restius autem hoc Mich. ex Ar. מְאֹד explicat: ibre Lagerſtätte, vbi circa aquae receptacula Arab. more cum pecude commorantur. v. 28. מְאֹד Syr. et Ar. merito iuſtum vertunt, ingenuum, impiis oppofitum, Vtriusque enim ſedes dignosci non posse putat, ſublato forteſ discriminē. v. 32. מְאֹד vel indefinite de aliorum studio in parando impiis monumento ſepulcrali, vel de pompa feriali effectu commode ſic potest intelligi, ut Mich. er wächst auch auf ſeinem Steinhaſen, nemlich durch ſeinen Nachruhm, den ſein prächtiges Grabmal erhalten hilft. v. 33. tumulos autem ſepulcrales olim ex congeſtis lapidibus exſtruere veteres solebant, quibus honoris forte, aut luctus ſignificandi cauſa, לְבָנֶן בְּגָדָר ſilices torrentis, ut habent Sep. adiecerunt funeris comiſes, vnde Mich. die Kieseln des Bachs, die man auf ſein Grab wirft, ſind ihm ſunſt.

omnium abunda<sup>tia</sup> augeri, fruique cūm sua sobole patiatur v. 7-13. etiam si vel ipsi Deo insolenter satis et pertinaciter reluctentur v. 14-16. Numquid igitur nulla vñquam sceleratorum crima in hac vita puniuntur? Numquid improbi omnes perpetua semper felicitate gaudent? An non sic breui omnis auferretur religio? Absit! ait Iobus, me ita sentire, vt vos quidem cap. 15. 4. de me existimastis. Neque enim semper durabilis est improborum felicitas, neque semper impunita manet eorum proterua, sed subito saepe prosperitatis simulque gentis eorum splendor omnis extinguitur et breui euanscit v. 16-21. Quis ergo prouidentiae rationes in regundis hominum fatis reprehendere ausit, si vel piorum, vel impiorum alii aeque feliciter interdum viuant placideque moriantur; alii contra in summa miseria transigere vitam tandemque finire cogantur v. 22-25.? Quid inde? Vtriusque tamen in eo par est conditio, vt aequalis sit omnium moriendi necessitas v. 26., quare ex praesentis vitae forte tuto satis intelligi nunquam poterit, quis vel pius fuerit, vel impius. Ita vero, sublato sortis in hac vita discrimine, nulla reliqua erit prius ab impiis discernendi ratio v. 27. 28. Cur non? merito Iobus respondet. An non signa viae iustae nobis relictā sunt, eorum vel doctrina, vel exemplis, qui suo ad beatitudinem itinere iam sunt feliciter defuncti? עזבורי רה v. 29. Clarissimum autem discriminem, quo tandem pii omnes ab impiis palam distinguentur, futuro demum iudicii die expectandum est, ad quem feruantur impii morteque trahuntur v. 30. In hoc enim praesente seculo tanta est saepe eorum felicitas, vt nemo vel reprehendere eos ausit, ne dum punire v. 31. Immo summa adeo cura sepulcrum iis paratur et pompa funeralis v. 32, atque sic tumulo testi ex silicibus amnis congesto, placide quiescent, et multos post se relinquunt imitatores vitae suae et laudatores v. 33.

Quam Iobus v. 34. praeuidit responsum iniquam et in se maxime iniuriam, eandem vere accipit ab Eliphaso, alias modestiore reliquis, iam vero audacissimo, qui omne fere acerbatis virus in eum euomit C. XXII. Eo enim putat spectare eius sententiam de aequali saepe piorum in hac vita et impiorum forte, vt sub praetextu tuendae Dei causae, suam ipsius vere agat, suaeque fidei et pietatis integratatem adeo temere purgare contendat, quasi culpae omnis et labis expers esset, Deoque litem denuntiare et rationem ab eo iure deposcere posset: cur ita secum agere constitueret? v. 1-4 En quam facile veritates, quae aliquam nouitatis speciem habere videntur, in suspicionem apud eos venire soleant, qui sua saepe praeiudicia antiqua veritatis possessione tenuerunt, cuius studio quidem multo, ab humanitatis autem et amoris sensu alieno

alieno trahuntur; quare improbos esse eos, a quibus dissentunt, et pessimo consilio ita sentire, nimis plerumque facile suspicantur. Atque sic etiam cum Iobo fere impudenter agit Eliphas, cique palam atrocissima exprobrat crimina, avaritiae, fraudis, rapinæ et iniquæ violentiae aduersus miseros quoscunque et egenos, viduas et pupilos, habito potentiorum respectu v. 5-9., quorum causa tot eum malorum agmina obruere existimat v. 10. 11. Quin omnem Dei prouidentiam ab eo auferri, eandemque improborum proteruiam, de qua c. 21. 14. 15. dixerat, ipsi eiusdem animo insidere arbitratur, cui arrideat splendida eorum felicitas v. 12-18.; quare vitio non esse vertendum piis dicit v. 19., si impiorum interitum tali gaudio excipiunt et sibilo: certe deleta nunc est factio nobis contraria, et quicquid de iis reliquum est, absumeret ignis v. 20. Atque sic iterum ad pristinam omnia redeunt sententiam, quod pietatis studio adeo bene de Deo mereri possit, ut breui instauretur eius felicitas, ingenti cumulata auri argenteique copia v. 21-24., ut summa in Deum fiducia, quidquid lubet, ab eo exorare liceat, votorumque summam ab eo consequatur v. 25-28., adeo, ut ad tanti prelatoris nutum, insolentia non tantum deprimatur, et humilis exaltetur v. 29., sed etiam נִנְקָדָה non adeo infons, ob solam virtutis eius dignitatem, בְּבָרֶךְ, ex periculo liberetur v. 30.

Negat igitur Iobus C. XXIII. adeo contumaciter a se impugnari summi Numinis prouidentiam, de qua potius confidenter sperat, fore, vt, si modo ad ipsum eius solium rem suam deferre in eiusque conspectum venire liceret, dicendi iuris et audiendae sententiae causa, demonstrandæ causæ viðricis iustitiam certe a suo iudice obtineret v. 1-7. In hac quidem miserrima rerum suarum facie nullo se modo inuestigare posse fatetur, absconditas sibi prouidentiae diuinæ rationes; cur ita secum agere Deo placuerit, vt praeter aliqua eius vestigia, utroque versum aliquando elucescentia, nihil intelligere possit, nec antrorsum prospiciendo, quis sit exitus consiliorum eius futurus; nec retrorsum respiciendo, quae tantorum sit causa malorum v. 8. 9. Eam vero ob causam neque tantorum se ait, scelerum opprobria mereri, neque opus habere, vt tot inanibus terrenæ felicitatis promissionibus ad pietatis studium sollicitetur; vt cap. praeced. fecerat Eliphas, neque prouidentiae Dei ideo se vel refragari, vel diffidere regimini. Quin testem potius fidei suae integerrimæ virtutisque constantis Deum intuocat ipsum v. 10-12., cui etiam liberam vindicat potestatem, haec aliaque plura, immo grauiora adhuc mala sibi immittendi v. 13-14., quae quamvis metuenda omnino esse, fracto iam fatis

fatis animo videantur v. 15. 16., nec dum tamen spem omnem prouidae Dei curae amittit, cum ea sola se sentiat adeo sustentari, ut hac tanta *tenebrarum mole* nondum deletus, sed saluus adhuc sit, et ab extrema seruatus caligine v. 17.

Ita vero prouidentiae diuinae saluam tamen non relinquit *iustitiam*, qui sic Deum in moderandis hominum rebus versari, cum Iob existimat c. 21. 30-33., vt nullo poenarum et praemiorum discriminine pii ab impiis in hac vita discernantur: Quo ipso, ex Eliphasi sententia c. 22. 12-18., animum profanum prodit et improborum felicitatis cupidum, immo suae potius, quam Dei causae studiosum ib. v. 1-4. Vindicat igitur Iobus ab his quoque opprobriis, tam suae sententiae, quam *iustitiae diuinae* integratatem, cui nihil decedere demonstrat C. XXIV., si vel maxime breui huius vitae felicitate frui sceleratissimos quosque patiatur, iustis delictorum poenis futuro demum seculo reseruatis. Quid impedit, ait v. 1., quo minus tempora Deus reseruaret, מִתְנַדֵּר plectendis impiis destinata, ita ut norint quidem homines, ea non esse defutura, נִזְרָא, non tamen videant hanc diem eius vindictae? Non desunt omnino tales, qualem me esse dixistis c. 22. 6-9., qui egenos accepto pignore et foenore iniquo adeo ad incitas redigunt, vt exulum instar *tenebras quaerere*, et parce vitam duriterque sustentare, vel in ipsis montium caavernis delitescere cogantur v. 2-8. Nec feroce desunt, qui adeo vel in pupillos sacuiunt, pignoris loco raptos, vt in perpetuam redacti seruitutem, sine victu saepe et ventitu ad durissimos labores adigantur v. 9-11., vel in ipsis ciuitatum incolas tanta atrocitate impune grassantur, vt omnem humanitatis sensum exuisse videantur v. 12. 13. Nec homicidae desunt et latrones, nec adulteri et fures, qui nocte facinora committunt, die latitant, et nunquam in lucem proferuntur v. 14-16. At vero fugiant lucem, tenebras quaerant: sat cito tamen illucescat dies illa vindictae, cuius primo statim diluculo subitanea in eos irruet exitiosae mortis caligo v. 17. Celeri veluti nauigio tales plerumque stygium traiiciunt amorem, relictis, quae execrationi subiecta sunt, huius vitae bonis, et praeclusio redeundi ad voluptates itinere בְּרַכְמִים v. 18. Orcus abripiet scelera eorum aequa subito, ac aestus solis aquas niuales v. 19. Denegata iis erit omnis misericordia, οὐ γοινος αὐτῶν Iac. 2. 13.; vermis erit tota vitae dulcedo Marc. 9. 44., omnisque deleta eorum memoria; atque sic arboris instar infelicitis, adeo penitus tandem confringentur v. 20., vt nec viduae eorum aliquo dignae habeantur beneficio v. 21. Si potentiores traxerint in suas partes, bona quidem sua, non autem vitam possunt tueri v. 22. nec oculum Dei vindicta

## XXVIII

vindicem effugient, etiamsi diutissime iis indulserit v. 23.; breui potius de suo delicientur fastigio, et una cum reliqua scelerorum fruge, ut eminentiores aristae, succisi ad ferenda colligentur futuri seculi supplicia v. 24. Quis erroris conuincat hunc Iobi sermonem? quis Deo eum repugnare efficiat? cuius iustitiae nihil decedit, si huius vitae mala improbos effugere sinat, pios ferre patiatur, bono iisque glorio-  
sissimo fine, consilio saluberrimo.

Demonstravit hoc suo ipse Saluator optimus exemplo, qui hunc ipsum in finem homo nasci, et εν ομοιωματι σαρκος αμαρτιας, in similitudine peccaminosae hominum naturae, humano more inter eos sponte versari voluit, quo εν ομοιωματι ανθρωπων γενομενος, huius vitae mala quaque ab ineunte aerate experiretur, eoque aduersitatum sensu disceret ipse, aliosque doceret την υπακοην, eam obsequii speciem, qua sui causa, ων νιος, cum esset ipse Dei filius, non opus habuit Hebr. 5. 8. similis autem fieri suis fratribus ideo voluit c. 2. 17. quo tanto facilius eorum miseria commoueretur, tantoque maiori fide sacerdotis partes obiret in expiandis peccatis. Quae sint prouidentiae Dei singularis admiranda in hoc incarnationis Christi negotio vestigia, comata oratione explicabit Vir Nobiliss. Dn. IOANNES WERNERVS OTTO, Hamburgens. Reipub. ciuis et futurum decus, insigni probitatis et industriae laude Clariss. quem ut beneuole audiant, tempore locoque consueto dicturum, ILLVSTRISSIMOS COMITES VTRIVSQUE REIPVB. PROCERES, ET ACADEMIAE CI-  
VES HUMANISSIMOS, qua par est, obseruantia rogamus. P. P.  
Lip. in ipsis Natal. Christi Vigil. CICIO CCLXXI.

---

LIPSIAE  
EX OFFICINA LANGENHEMIA.




Fd 3348



f

56.

Art.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

15.  
LECTOR  
IAE LIPSIENSIS  
ALITIA  
TI SACRA  
MPLO ACADEMICO  
NCELEBRANDA  
INDICIT.

*diuinæ ex Iobi cum amicis colloquio  
C. VI. ad XXIV.*